UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

116. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Zarate in causa Hieracen. Parochialis. Veneris 24. Ianuarii 1653.

urn:nbn:de:hbz:466:1-76432

Visual Library

in cap.ſuper hoc de renunciat. Quia non procedit, quando pro validitate matrimonij, & libero conſenſu præſumptiones concurrunt, & coniecturæ Dec. in cap.ſi-nal. num. 25. & 26. de appellat. Burſatt. conſ.72.num. 48.lib.1. Cepoll.conſ.2.num.14. Pacian.de probat.lib.1. cap.50.num.26.Sanchez de matrimon. lib.4. diſput.27. num.2. & 7. Boſſ. eodem tractat. cap.12. num.397.& ſeqq. Pariſ. de reſignat. lib.13. quæſt.1. num.89. & 90. Gabr. de teſtib.concluſ 4.num.16.& ſeqq. Farinac.part. 2. fragment. verb. metus num.157. & num.174. plures autem in præſenti, & vrgentiſſimæ afferuntur, quia vltra præſumptionem iuris, quæ ſtat pro excluſione metus l. interpoſitas 13. de tranſact. l.2. C. de his quæ vi, &c. præſertim in Patre erga filium Sanchez. vbi ſupra dicto lib.4. diſp.6. num.8. verſ. verum ferè omnes Ricc. dicta deciſ.110.num.8. Rota coram Verall. deciſ. 221. num.8 part.2. coram Mantic. deciſ.142. num.2. coram Buratto deciſ.628. num.4. Concurrit mutua vtriuſque Coniugis in actu deſponſationis hilaritas, quam pro libertate conſenſus ponderat Pariſ.conſ.170.num.21. & 22.lib.4.Menoch.lib.3. præſumpt.4. num.29. matrimonij geminatio idem Pariſ.conſ.10. num.57.lib.1. Aym. conſ.114. num.8. Mandell. conſ.4. num.37. Principum conſanguineorum, & aliorum procerum præſentia l. tranſactionem 35.vbi Iaſ.num.1.C.de tranſact.Bart.in l. frater à fratre 38. num.51. ff. de condict. indeb. Ruin. conſ.170. poſt num.17. lib.primo Sanch. de matrimon. lib.4.diſputat.27.num.2. Menoch. lib.3.præſumpt.126. num.4.Maſcard.de probat.concluſ.1053. num.23. Rota coram ſanct.mem.Gregor.deciſ.120. num.24. coram Buratto deciſ.783.num.12. Domini Epiſcopi Trullen. & Patris Dominici aſſiſtentia, & cooperatio, vt in terminis, quod ex interuentu Epiſcopi, ſeu alterius viri Religioſi omnis in matrimonio ceſſet metus ſuſpicio tradit Cephal.conſ.91.num.49. Caball. conſil.176. num.10.vol.1. Grammat. deciſ.66.num.64. Sperell deciſ.5.num.26. Rota coram ſanct. mem. Gregor. XV. deciſ.188.numer.9. ſubſequuta copula cap.ſignificauit de eo qui duxit, &c. cap. is qui fidem, de ſponſal. Abb.in cap. veniens il primo num.7. eodem tit. Pariſ. dict.conſ. 170.n.25.lib.4. Sanch. de matrimon. dicto lib.4.diſput. 18.num.2. & 12. Buratt. dicta deciſ. 628. num.7. longæua cohabitatio per ſpatium quindecim annorum cap. ad id, de ſponſal. Ferrett. conſ.340. num.11. lib.2. Neuizz.conſ.46.num.32. Menoch. lib.3. præſumpt. 4.numer. 24. Boſſ. de matrimon. cap 12. num. 390. Buratt. vbi ſupra Mantic. dicta deciſion.142. numer.13. verſic. tertio. Edicta vtriuſque nomine publicata, monetæ vtriuſque imagine cuſſæ, literæ Domini Ducis Caroli, in quibus Domina Duciſſa Nicolea ſæpius amantiſſima ſponſa, & coniux nuncupatur Ricc. in collect. 219.verſ.item probari Creſcen. deciſ.22.de probat.Rota deciſ.772. num.7. & 8. part. 2. recent. coram Cardinali Millino deciſ.75.num.4. verſic. 5.ex pluribus literis coram Buratto deciſ.143. num.23. & 24.dec.192. num. 6. aliique actus poſitiui longè per informantes recenſiti, qui poſt obitum Patris ab eodem geſti, & maritalem affectum præſeferentes omnem præcedentis metus ſuſpicionem excludunt Burſatt. conſ. 98. num. 7.lib.1. Menoch. conſ. 15. num.11. & 12. Petr. Albignan. inter conſ.matrim.diuerſ. conſ. 67. num.9. lib. 1. Maſcard.de probat.concluſ.1023.& concl.ſeqq. Guttier. de matrimon. cap. 40. num.6. verſic. verum & cap. 71. num.12.Rota coram Caualer.deciſ.444. n.2. coram Buratto dec.530.n.6.& dec.463.n.3. verſ.quinimò part.2. recent.

11. Iſta verò cum militent etiam pro libertate cõſenſus Dominæ Duciſſæ Nicoleæ, cuius ſuſpiria, & lacrymæ ad aliam cauſam per teſtes aſſignatam referri debent, non autem ad vim aliquam, quæ ei, vt huiuſmodi ſponſalibus aſſentiret, fuerit illata, quia hæc non probatur; ideò vlteriori non indigent diſcuſſione, quæ de prætenſo metu illi incuſſo obiiciuntur, præſertim quia ipſa matrimonium ſponte, ac liberè initum profitetur, & mulieris declarationi ſe non fuiſſe timore inductam affirmantis ſtandum eſt, vt in terminis dixit Rota *coram Buratto dicta deciſ. 628. num.8.*

DECISIO CXVI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram Reuerend. P. D. Zarate.

In cauſa Hieracen. Parochialis.

Veneris 24. Ianuarij 1653.

§.1. Virgilius Galluccius ob non conſequutionem poſſeſſionis Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Catharinæ à Sede Apoſtolica obtentæ prætendebat continuationem ſuæ prioris poſſeſſionis in Parochiali Eccleſia Sanctæ Mariæ Veteris, ſeu ſancti Blaſij, quam Carolus Cæſareus etiam prouiſus Apoſtolicus, & poſſeſſor contendebat: Idcirco per dictum Virgilium pro iſtius continuatæ poſſeſſionis iuſtificatione Remiſſoria obtenta, vt in deciſione 4. Decembris 1651. coram me emanata, illiuſque vigore factis probationibus, eiſdemque in actis exhibitis, & dato dubio: Qui ſit dandum mandatum de manutenendo, Virgilio dandum eſſe Domini reſponderunt.

2. Conſtat enim de iſtius anteriori poſſeſſione ex publico inſtrumento illius apprehenſionis vſque de anno 1628. Quæ poſſeſſio inſtrumentalis, alio tunc temporis non poſſidente, redditur manutenibilis *l. prædia 48. ff. de acq. poſſeſſ. l. non idcirco 12. C. de fid. inſtr.* Rota *dec. 506. n. 1. part. 1. diuerſ. & alibi paſſim.*

3. Maximè, quia illius continuatio vſque ad ann. 1650. quo Carolus Cæſareus poſſeſſionem eiuſdem Parochialis Sanctæ Mariæ Veteris, ſeu Sancti Blaſij occupauit, oſtenditur ex pluribus teſtibus mediante dicta Remiſſoria examinatis deponentibus prænominatum Virgilium poſſediſſe prædictam Parochialem Sanctæ Mariæ Veteris, ſeu ſancti Blaſij vſque ad annum 1650. Quod certe ſufficit ad probandam huiuſmodi poſſeſſionem, cum poſſeſſio ſit actus cadens ſub cenſu corporis, & teſtis dicens, quod talis poſſidet, omnino detentationem probat Abb. *in cap. cum cauſam de teſt.* Rota *in Vladiſlauien. manutentionis 5. Iunij 1648. §. quia vltra deducta coram Reuerendiſſim. Terracinen.* Et regulare eſt, poſſeſſionem ex detentatione probari Innocent *in cap. cum olim. de priuileg. & in d. Vladiſlauien.*

4. Potiſſimè verò cum dicti teſtes deponant eundem Virgilium ſemper fructus exegiſſe, omniaque alia ad eius curam ſpectantia peregiſſe, præcipua argumenta poſſeſſionis, Modern. *de manui. obſeruat. 23. per totam*, Rota *deciſion. 131. num. 3. part. 1. recent. & coram Buratt. deciſion. 730. num. 4. & in præallegata Vladiſlauien.*

5. Eiuſdemque poſſeſſionis amiſſio indici non poteſt ex dimiſſione primæ Parochialis propter conſequutionem ſecundæ ſub inuocatione Sanctæ Catharinæ. Quoniam cum dimiſſio hæc facta fuerit in vim decreti de dimittendo inſerti in ſecunda prouiſione Parochialis Sãctæ Catharinæ ob illius incompatibilitatem cum prima: Inde ſequitur, quod dimiſſio primæ ſit correſpectiua ad acquiſitionem ſecundæ: Vnde cum ex Teſtium depoſitionibus conſtet, acquiſitionem iſtam ſuum non habuiſſe effectum, animus amittendi poſſeſſionem primæ Parochialis in Virgilio dimittẽte ceſſa-

uit,

tit, vt propterea poſſeſſionem ſaltem ciuilem non amiſerit *l. 3. in princip. & in §. in amittenda vbi DD. ff. de acq. poſſeſſ.* Rota *per ſan. mem. Greg. XV. deciſ.* 252. *numer.* 4. Et ex natura correſpectiuorum eſt, vt vno ſublato corruat, & alterum, *l. etiam ſi patre* 30. *§. ex cauſa ff. de minor.* 25. *ann.* Grat. *diſcept. for. capit.* 14. *num.* 4. Rota *in Romana Cambij* 14. *Februarij* 1648. *§. cum igitur coram Reuerend. P. D. meo Peutingero, & in deciſione huius cauſæ ſuper Remiſſoria edita* 4. *Decembris* 1651. *coram me §. reuelantia.* Et in terminis quod dimittens beneficium animo aliud conſequendi, & non conſequatur, primum illud non amittat, firmauit Rota *deciſ.* 313. *num.* 5. *verſic. in correſpectiuis coram Merlino, quæ eſt etiam deciſ.* 225. *poſt Modern. de manut.*

6. Ex his itaque ſequitur, quod poſſeſſio Virgilij vndequaque probata ſit manutenibilis *§. retinenda inſtit. de interd.* Et illa Caroli vti poterior, & ſic clandeſtina, & turbatiua allegari nequeat, *cap. licet cauſam* 9. *de probat.* Modern. *de manut. obſer.* 71. *num.* 2. *& ſeqq.* Rota *in Romana pratenſi fideicommiſſi* 15. *Ianuarij* 1646. *§. Hinc dicebant coram bon. mem. Arguelles.* Nihil etiam refragante, quod Carolus immiſſus fuerit in poſſeſſionem mediante executore literarum Apoſtolicarum. Nam cum executor proceſſerit non citato Virgilio poſſeſſore omnino citando. Felin. *in cap. dilectus il* 1. *ſub num.* 1. *verſ. fallit.* 2. *de reſcript.* Rota *coram ſan. memor. Gregor. XV. deciſ.* 46. *num.* 9. *& in deciſ. ſuper Remiſſoria § nec obſtat.* Vtique nulliter proceſſit, & non priuauit Virgilium ſua anteriori poſſeſſione. Rota *penes ſan. memor. Gregor. XV. deciſ.* 69. *numer.* 3. *coram Iuratt. deciſ.* 185. *num.* 6. *in Colonien. Præpoſituræ* 1. *Iunij* 1648. *§ nec obſtat quod Anna, coram R. P. D. meo Meltio.* Quia tunc dicitur agere vti priuatus. Modern. Peruſ. *de ſubhaſt. in ſpect.* 50. *num.* 13. Rota *in Elboren. Beneficij* 18. *Februarij* 1647. *§. non attento coram bon. mem. Arguelles.*

Atque ita pro infotmante, &c.

DECISIO CXVII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Zarate.

Auerſana Iuriſpatronatus.

Veneris 14. *Martij* 1653.

§. 1. VAcante vna, ex quatuor portionibus Capellaniæ S. Ioannis Baptiſtæ, in Cathedrali Eccleſia Auerſana de Iurepatronatus Laicorum fuit ad illam præſentatus die 1. Februarij 1651. D. Ioannes Baptiſta Lombardus, à D. Franciſco Lumbardo, vt in eius *Sum. num.* 2. Atque etiam D. Franciſcus Raguccius, ab Angelo Antonio Nicandro, & D. Alexandro Palumbo, die 20. Decembris 1650. vbi pariter in eius *Summ. numer.* 9. Vnde deſuper orta lite, inter dictos præſentatos coram Ordinario Auerſano ad fauorem Raguccij, fuit lata ſententia, à qua, cum ex parte Lombardi appellaretur, commiſſa mihi cauſa appellationis diſputatum fuit dubium: Quis eorum eſſet inſtituendus, & Doctores inſtituendum eſſe Raguccium reſponderunt.

2. De vacatione enim beneficij, ac de habilitate, vtriuſque præſentati, nulla fuit hæſitatio, nec magis de exiſtentia Iuriſpatronatus, aut de eius pertinentia reſpectu Alexandri Palumbi; iſta ſiquidem eſt inconcuſſa, cum tam Lombardus, quam Raguccius fuerint præſentati à ſucceſſoribus Alexandri Palumbi, ad quem propterea Iuſpatronatus pertinuiſſe negare non poſſunt, tanquam ex eodem iure venientes Rota *coram Bellarm. dec.* 268. Mantic. *dec.* 132. *num.* 1. *in Mutinen. Beneficij* 27. *Martij* 1648. *coram bon. mem. Arguelles.*

3. Tota verò quæſtio proceſſit, circa pertinentiam Iuriſpatronatus, reſpectu Iulij Cæſaris Nicandri, & Franciſci Lombardi, qui litigantes præſentarunt; Nam Alexander Palumbus die 5. Auguſt. 1639. dictum Iuſpatronatus donauit d. Iulio Cæſari Nicandro, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus Summ. Raguccij *num.* 5. Deinde verò 2. Octobris eiuſdem anni, d. Iulius Cæſar Nicandrus retroceſſit eidem Alexandro Palumbo donatori, ius præſentandi donec viueret d. Sum. Raguccij *num.* 6. Et præfatus Alexander Palumbus ſucceſſiuè de anno 1645. hoc ipſum Iuſpatronatus donauit d. Franciſco Lombardo Sum. Raguccij *numero* 10. Vnde de prælatione, & valore dd. donationum contigit dubitare, & Dominis viſum fuit præferendam eſſe Nicandri donationem, quia eſt anterior donatione Lombardi *l. ſi ante matrimonium Cod. de donat. ant. nupt. vbi Bald. & alij*, & confirmata fuit à Vicario, die 3. Decembris 1650. facultatem habente ab Epiſcopo confirmandi tales donationes *iuxt. trad.* per Ferret. *conſ.* 327. *à numero* 1. *& conſ.* 345. *à numero* 6. Gratian. *diſceptat. for. cap.* 303. *numero* 10. *cum ſeq.* Ricc. *in prax. Iuriſpatronat. reſolut.* 189. Barboſ. *de Iur. Eccleſ. tom.* 2. *lib.* 3. *capit.* 12. *à numero* 46. Rota *in Gerunden. Beneficij* 30. *Aprilis* 1640. *coram Reuerendiſſ. Tarraconen. in Cluſina Iuriſpatronatus* 10. *Maij eiuſdem anni coram eodem, in Feſulana beneficij, ſeu Oratorij* 5. *Decembris* 1646. *coram Reuerend. P. D. meo Bichio*, quæ quidem facultas probatur ex atteſtatione, & literis eiuſdemmet Epiſcopi quibus omnino credendum eſt *cap. poſt ceſſionem* 1. *& ibi gloſſ. de probat.* Maſcard. *de probat concluſ.* 990. *numero* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 17. *numero* 13. Rot. *deciſ.* 1. *numer.* 1. *de probat. in nouiſſ.* Et ſic antequam confirmaretur donatio Lombardi die 30. Ianuarij 1651. Summ. Raguccij *num.* 8. ſemper namque præferendus eſt is, qui primo confirmationem obtinuit cum ante confirmationem, non ſit abdicatum ius à donatore, *vt per DD. in cap. ſæculum, & cap. illud de Iurepatronat.* Viuian. *de iurepatronat. lib.* 4. *capit.* 1. *numer.* 48. Rota *coram Mantica deciſ.* 86. *num.* 6. Duran. *deciſ.* 463. *numer.* 1. *& in d. Feſulana beneficij ſeu Oratorij* 5. *Decembris* 1646. *§.* 1. *coram Reuer. P. D. meo Bichio.*

4. Non obſtat, quod donatio facta de anno 1645. ad fauorem D. Franciſci Lombardi, fuerit confirmata die 30. Ianuarij 1651. per Vicarium Generalem Diœceſis, vt in Sum. Lombardi *numero* 5. atque ideo Vicarij conſenſus, & confirmatio retrotrahatur ad idem donationis, vt per Lombernin. *de Iurepatronat. lib.* 1. *partit.* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 21. *numero* 3. *verſic. caſus autem noſter* Mantic. *dict. deciſ.* 86. *numero* 7. *&* 8. Nam iſta retrotractatio, non potuit tertio præiudicium irrogare, cui iam fuerat ius quæſitum, videlicet Iulio Cæſari Nicando anteriori donatario, ex donatione illi facta de anno 1639. & prius confirmata dict. die 3. Decembris 1650. *iuxt. text. doctrina in l. qui balneum, ff. qui pot. in pign. hab.* Sanch. *reſponſ. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 77. *numero* 15. Rota *coram* Duran. *dict. deciſ.* 463. *numero* 7. *& ſeqq. in dict. Feſulana beneficij* 5. *Decembr.* 1646. *coram Reuerend. P. D. meo Bichio, & in Sulmonen. beneficij* 23. *Ianuarij* 1647. *coram Reuerend. P. D. meo Peutingero*, maximè cum conſenſus præſtitus per Vicarium donationi Lombardi non fuiſſet abſolutus, ſed conditionalis, & cum præſeruatiua ſine præiudicio alterius conſenſus præſtiti ad fauorem hæredum Nicandri, vt tradit Barboſ. *clauſ.* 157. *numero* 8. *& ſeqq.* Oldrad. *conſil.* 237. *in fin.* Rota apud Seraph. *deciſ.* 144. *numero* 6. *& deciſion.* 810. *numero* 1. *coram ſanct. memor.*